



Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártýrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári : ut, quas digna mente non póssumus celebráre ꝫ humilibus saltem frequéntemus obséquis : Per.

DIE XXII. OCTOBRIS.

B. PETRI A TIPHERNO CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui fidéles tuos memorántes novíssima nunquam peccáturos prænuntiásti : fac nos, beáti Petri Confessoris tui précibus et exémpis, ita temporálem mortem mente recólere ꝫ ut, júgiter admíssa peccáta flentes, vitémus ætérrnam : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Hilarionis Abbatis.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Hilariónis Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus ꝫ ejus patrocínio assequámur : Per.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

B. BARTHOLOMÆI DE BREGANTIA E. C. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui in fidei hóstibus ab errórum ténebris ad veritátis lucem adducéndis, et in pópulis ad pacem et concórdiam revocándis, beátum Bartholomæum, Confessó-